



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu**

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Esaiaë. 482.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Κυρηκίω. υοθ.

Ὡς τὸ οἶνος ὑπερφορῆς ἐστὶ χροῖμας, τοὺς τῆς ἀσθένειας ἀπαιτᾶς καὶ πόρως καὶ αὐλοὺς καὶ μινιγγας πληροῖ, καὶ πρέπει παρῆς ἀνοίαν τὴν ἀφρονίαν. ἔτω καὶ ὁ θυμὸς ἔξω τῆς οἰκείας τάξεως πηδῶν, μέθης ἔργον σποφάινει τὸν νοῦν, μαγάδα τὴν φρένα ποιῶν, καὶ λύων παροινία τὴν τάξιν τῆς νήφους. ἀμφοτέρων τοιαυτοῦ σποχάμεθα, ἔτε ποτῶ, ἔτε θυμῶ πολιορκουῖτες τῆ νοὸς ἀκρόπολιν.

Κανδιδιανῶ. υπ.

Τί ἀπεύδεις ἀδικεῖν ὃν ἔδει μᾶλλον φιλεῖν, τὴν πάντων περὶ σοῦ γνώμην σοι φανερώσαντα; αἱ γὰρ ἀφροσύνη πολλὰ κίς διαρθώσαντο τοὺς ἀγάλτας, τὰ παραχθίνα ὑβριστικῶς, ἰασθῆναι τὸ ἄσχευάσαι, εἰ ποῖν ὑβριν ἡγήσασαι, τῆ παράξει σαυτὸν ἀνυβριστὸν φύλαξον. εἰ γὰρ τὰ ἔργα σε βελπώσας, καὶ αἰλοιδεῖαι οἰχισοῖσαι.

ἀρχία.

Ἱερωνί. υπα.

Εἴ τι ὄνησεν ἡ τῆς βίβλου ἀνάγνωσις, δῆξον ὅτι τῆς πράξεως. εἰ δὲ μένεις ἐφ' ὧν ὀκείνη κατηρηρεῖ φαίνη κατὰ γνώσκων αὐτῆς. καὶ πάντως ὅτι τοῦτοις ἡμεῖς ἔτε φθεγξόμεθα πὶ πρὸς σὲ ἀφ' ἡράμματος, ἔτε βιβλίον αἰτουῖ πὶ παρὰ χροῖμα, εἰ μὴ καὶ τῆς προτέρας καρπὸν θεασάμεθα.

ἀφροσύνην παρὰ χροῖμα ἀφροσύνην.

Ἡσαΐα. υσβ.

Τινές σε φασὶν ἐπ' ἐρημίας, ὄχλα γωγῆν, καὶ ἐν μέσῳ δῆμων ὄπλοφορεῖν, καὶ τῷ Δαβὶδ εἰκέναι φαντάζεσθαι, αὐτὸ τῷ πᾶσιν ἐμμανῶς ἐγκαλουῦντα. ἴδι δὲ χέτλιε καὶ ἐμβρόντητι, ὅτι ὁ μέγας Δαβὶδ οἰκονομία γεῖ

Cyrecio. 479.

Quemadmodum vinum, cum ultra satietatem infunditur, omnes sensuum meatus, ac cerebri membranas implet, mentemque in dementia conuertit; ad eundem modum iracundia extra metas suas proficiens, mentem temulentam reddit, eam videlicet furore afficiens, ac sobrietatis & vigilantiae ordinem per contumeliam & petulantiam infringens. Quapropter ab utroque abstineamus: nec per potum aut iracundiam mentis arcem oblideamus.

Candidiano. 480.

Quid cum iniuria afficere studes, quem potius charum habere debebas, ut qui tibi, quæ de te omnium existimatio ac sententia esset, aperuerit? Simultates enim ac diffidia homines acutos ac solerti ingenio præditos per sæpe correxerunt, dum ut quæ ab iis contumeliosè perpetrata fuerant, sanarentur, effecerunt. Quocirca si contumeliæ ducis ea quæ audiisti, cura ut per probas actiones te ipsum ab omni contumelia purum atque immunem custodias. Nam si opera tua emendaueris, maledicta, quoque & conuitia de medio tollentur.

Hieroni. 481.

Si ex libri lectione fructum aliquem percepisti, re ipsa id ostende. Si autem in iis rebus atque institutis permanes, quæ ille reprehendit & insectatur, eum abs te condènari apparet. Ac posthac nec per literas sermonem vllum tecum conferemus: nec librum postulanti præbebimus, nisi prioris quoque fructum & vtilitatè perspiciamus.

Esaiæ. 482.

Aiunt nonnulli te in deserto loco incõditam turbam ducere, atque in medio vulgi agmine arma ferre, in eoque te Davidis exemplum referre opinionis errore tibi fingere, hoc ipsum cunctis furiosè obicièntem. Velim autem scias, ò miser atque atto-

Q iiij

1. Rē. 22.  
23. et 24.  
1. Rē. 25.  
nite, quod magnus ille Dauid diuini con-  
filiij præsidio septus, insidias Saülis vitabat,  
præclarè quidem merens, ipse autem spre-  
tus ac reiectus, atque iis, quos vicinos ha-  
bebat, pro muro sese præbens, quemad-  
modum ipsi quoque serui Nabal testaban-  
tur. At tu non modò vicinis infestus & in-  
humanus, verum iis etiam, qui longè  
abs te distiti sunt, insidias struere laboras.  
Vide igitur ne te diuini<sup>o</sup> immissum quod-  
dam flagrum castiget, nisi tu à praua &  
fcclerata tua sententia ad meliorem men-  
tem te conuertas.

σκεπαζόμενος, τιῷ τοῦ Σαοὺλ ἑπι-  
βελὴν διεδίδρασεν, εὐεργετῆ<sup>ς</sup> μὲν, ἀ-  
θετοῦ μὲνος δὲ καὶ ὡς τείχος τοῖς γει-  
τονοῦσιν αὐτῷ, καὶ φαινόμενος καὶ  
γινόμενος, ὡς οἱ παῖδες ἐμαρτύρουσι  
τῷ Νάβαλ. σὺ δὲ οὐ μόνον τοῖς γείτοσι  
δυσμῆτος εἶ καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ  
τοῖς πόρρω ἑπιβλαβεὺν ἀπεδάξεις.  
ὄρα οὐκ μὴ σὲ τις ψεύλατος διοργώ-  
σῃται μάστιξ· εἰ μὴ μεταβάλοι<sup>ς</sup> μεταμέ-  
της φαύλης καὶ κακίας σου γνώμης.  
λαο.

Synesio. 483.

Συνεσιῶ. υπγ.

Cappadox rursum in castris, vt quorun-  
dam sermone intellexi, miserum prouin-  
cia nostræ imperium ambit: vt geminus  
ad nos Cappadox accedat, adiuncta nimi-  
rum ad natiam & internam crudelitatem  
improba autoritate ac potentia. Sunt au-  
tem rursum, qui lætiora nuntient, hoc est,  
eum popularium suorum imperium &  
præfecturam affectare. Quod vtinā Deus  
nutu suo concedat: quo congruam educa-  
tionis suæ mercedem nutrici suæ persol-  
uat, pro eo lacte, quod ab ea suxit, venenū,  
quod fortasse vnā cum lacte traxit, ei vi-  
cissim bibendum porrigens.

Πάλιν ὁ Καππαδόκιμος ἑπὶ στρατο-  
πέδῳ, ὡς ἔγνωμεν, τιῷ ἀρχὴν ἑαυτῷ  
τιῷ ἀθλίαν μνηστέεται, ἵνα δίδυμος  
ἡμῶν ἑπιση<sup>ς</sup> Καππαδόκιμος, πρὸς τῇ  
ἐνοίκῳ μισανθρωπία, καὶ τιῷ κακίῳ  
παραβλῶν δυναστῆαν. εἰσὶ δὲ μάλ-  
λον οἱ τὰ χειρὰ ἐπαγγέλλοντες, ὅτι  
δι' τῆς οἰκειῶν συμφυλετῆ<sup>ς</sup> ἀρχῆς ἰ-  
μείρεται. ὧ καὶ ὁ θεὸς ἑπινεύσειεν. ὡς  
ἂν σπρέποντα προφῆια τῇ πτῆ<sup>ς</sup> ἀπο-  
δώ<sup>ς</sup> αὐτῷ ἔβασσε γάλακτος, ἰὸν αὐ-  
τιῷ ἀνπιπτόζων, δι' ἴσως σὺ τῷ γά-  
λακτι ἔβασσε.

Seleuco. 484.

Σελεύκῳ. υπδ.

Cappadox ille, ciuium nostrorum cor-  
ruptor ac deprauator, nunc in castris id  
rursum agit ac molitur, vt nobis præsit. Est  
igitur tui muneris (qui robur à Deo conse-  
cutus es) hoc prohibere, ac prioris etiam  
improbitalis pœnas ab eo expetere: aut  
certè extremi illius terræ recessus, ex quo  
ortum traxit, cribrandi ac peruastandi po-  
testatem ipsi potiùs facere: quod mancipij  
illius tribules, & populares improbitatem  
in seipsis consumere atque extabefacere  
condiscant, ac non vltra regionem suam  
euomentes, sanas mentes & regiones  
pestiferis suis moribus labefactare.

Οφθορεὺς τῆ<sup>ς</sup> πολιτῶν ἡμῶ<sup>ς</sup> Καπ-  
παδόκιμος, νῦν ἑπὶ στρατοπέδῳ, πάλιν  
ἑαυτῷ τιῷ ἀρχὴν ἐκδικεῖ. σὸν τόνου  
ἔστι τῷ ἔχοντος παρὰ θεῷ τιῷ ἰχμῷ,  
τῆ<sup>ς</sup>το καλύσαι, καὶ τῆ<sup>ς</sup> πρῶτης αὐ-  
τῶν εὐθυσίας ἐπαρξάσαι κακίας. εἰς  
ἐκείνην δὲ λικμῶσαι τιῷ εἰσεκῶσαι  
αὐτὸν ἔχραπῶν, ὡς ἂν μάστοι οἱ τῷ ἀν-  
δραπέδῳ ὁμόφυλοι ἐν αὐτοῖς τιῷ  
πονηρίῳ ἐτήκειν, καὶ μὴ πέραν τῆ<sup>ς</sup>  
ἑαυτῆ<sup>ς</sup> ἐξεμοῦντες, τὰς ἡγαιήσας  
ἀποθήσας καὶ χάρας τοῖς λοιμοῖς πρό-  
ποις αὐτῆ<sup>ς</sup> ἀφθεῖρην.

Ισιδῶ: